

* In nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Amen.

LEO fidelis in Jesu Xro, per gratiam et misericordiam ejus Rex omnium Armenorum, filius bonæ memoriæ Regis Armeniæ Ossini Primi, potens et alterius de præclara et bona radice Armenorum⁴⁷⁹.— Notumsit omnibus nobis presentibus et futuris; quia sicut est et fuit consuetudo primorum Regum fidelium in Xro Jesu beatorum parentum nostrorum et nostrarum, honorare omnes largis gratijs, estraneos et intrinsecos sive intraneos, de abundantibus Gratijs Nobis datis et concessis de super, illis qui petunt a Nobis, dare et concedere volumus Gratias; Eodem autem modo venerunt coram nobis dilecti et famosi habitatores Siciliæ, et petierunt Gratias Regiæ Mayestati Nostræ dispergere inter nostros communiter. — Nos autem reputavimus dignum. facere eis Gratias fidem spem eorum; et de his quæ pebierunt a nobis et concessimus omnibus Sicilianis sive Siculis qui sunt veri Siculi et filij Siculorum, et qui venturi sunt. Quod sint dilecti honorati conservati salvati provisi ipsi personaliter, et eorumdem bona a Nostra Regali Mayestate et ab omnibus obedientibus Nobis; et quod habeant et habere debeant libertatem et franchitiam in Regno Nostro: Videlicet, quod quicquid de Mari sive per mare ad terras Nostras portabunt, et quicquid de Terra extradent et portabunt per mare vendendo et emendo in terra Nostra, scilicet de illis mercimojis, mercantijs et rebus quæ intrabunt sive ponderabunt in bilancijs sive statera ponderis, dabunt et solvere debeant duos pro quolibet centenario, et nihil plus dabunt; quia donavimus eis et illis rebus sive de illis rebus ac omnibus alijs quæ non intrabunt in bilancijs sive ad pondus bilanciarum, et non ponderabuntur in vendendo et emendo, liberi sint et esse debeant franci et exempti ab omni drictu et dohana, præter Senceragium, quem volumus quod dent et solvant et dabunt.

Et volumus sub promissione et pacto, quod si aliquis Sicilianus sive Siculus venerit ad terram Nostram cum aliqua navi, sive cum a ligno alio ligno ejus manerciei(?) sit et portabit aliquas res sive mercantias alterius universitatis sive Communitatis, francando et expediendo illas mercantias et res tamquam de mercantijs et rebus Siciliani sive Siculi, quod si reperiatur et inventus fuerit, ille

fit des conventions et des traités avec les Francs Siciliens, pour le commerce, et pour leur exemption de la taxe due au roi» (d'Arménie).

⁴⁷⁹ Sans doute faute du copiste; car le texte arménien porte: Rupinorum.